



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

3. Mores iuuenum, virorum & senum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

quos, honesta, & legitima dicere oportet, an-
cum plebe bellua multorum capitum, cum
qua negotium tractare difficillima res omni-
um. Neque verò satis est dignitatem in viris
spectare, sed morum, & conditionis, & in-
genij rationem habere oportet. Prudenter igi-
tur Aristoteles in Rhetorica agit de mori-
bus iuuenum, & senum, & virorum, quæ ego
hic ἐν τῷ πρώτῳ subijcio.

parui fiant: Senes excandescunt imbecillius,
viri morderatius.
Iuvenes studiosi sunt honoris, & excellentiæ,
& victoriæ magis, quam pecuniarum, non-
dum enim egestatem experti sunt. Senes sunt
vitæ appetentes, maximè extremo tempore,
quia cupiditas est rei absentis, & quo minus est
vitæ, eo magis desiderant.

Iuvenes, ut plurimum non sunt malis mo-
ribus, quod non sint veteratores; Senes con-
tra, sunt magis versipelles, ut omnia in peio-
rem partem rapiant, viri sunt in utroque mo-
deratiores.

Iuvenes sunt creduli, quia nondum in mul-
tis decepti: Senes suspiciosi, quia magis periti.
Viri, neque leuiter credunt, neque omnibus
detrahunt fidem.

Iuvenes sperant multa, quia futuri mul-
tum habeant: Senes timent omnia, etiam tuta:
Viri, neque nimis confidunt, neque nimis ti-
ment.

Iuvenes sunt verecundi, & facile erubescunt:
Senes duriores habent frontem: Viri, neque
omnino verecundi, neque sine aliquo rubore
sunt.

Iuvenes honesta præferunt vtilibus: Senes
necessaria honestis, Viri mediocritatem ob-
tinent inter parcimoniam, & luxuriam.

Iuvenes curiosi sunt sodalium, gaudent
nimis consuetudine: Senes non ita: Viri medio-
criter.

Iuvenes in omnibus ferè sunt nimij, nimis
amant, nimis oderunt, tum putant se scire
omnia: Senes peccant defectu, & putant qui-
dem, sciunt autem nihil: Viri, neque amant,
neque oderunt effusus, sed oderunt quasi a-
maruti, & amant quasi odio habituri.

Iuvenes misericordes sunt, sua enim inno-
centia cæteros metiuntur: Hoc ipsum vitis, &
senibus conuenit.

Iuvenes rident libenter, & sunt faceti: Se-
nes plerunquè ἀγίλαστοι odere ridiculos: Viri
sectantur mediocritatem. Hæc paucis Hora-
tius complexus est.

*Actus cuiusque notandi sunt tibi mores,
Mobilibusque decor, mas uis dandus, & an-
nis;*

*Reddere, qui voces iam scit puer, & pede cer-
to;*

*Signat humum, gestit paribus colludere, &
iram;*

*Colligit, ac ponit sarnem, & mutatur in ho-
ras;*

Mores iuuenum, virorum, & senum.

C A P V T III.

Hieronymus in Ecclesiasten ca. 12. pau-
cis adolescentiam definiens huic ad-
iungit comitem stultitiam. Chryso-
stomus epist. 3. ad Olympiadem ait, hæc ætate ingen-
tem esse libidinum tempestatem, magnam ve-
rò rationis imbecillitatem. Ἡ ἀλλοτρίη ἐπι-
δομὴ ζῆλον, ἀδύνατον ὅτι ὁ λογισμὸς.
Similiter Ambrosius de Abel, & Cain lib. 11.
cap. 3. Iuuentutem variarum illecebrius passio-
num feruere. Sed ubi maturior ætas accesserit,
tanquam pubescentis læscitiæ tempestate dis-
cussa tranquillitatem refundi, & in quosdam
portus quietos lassæ animæ nauigium subdu-
cere Basilius in cap. 3. Isaia, pluribus iuuen-
tutis mores describit Plato lib. 7. de legibus, fa-
cit puerum quauis bestia intractabiliorem his
verbis, ὁ δὲ πᾶσι πάντων ἀρτίων ἐστὶ δυνάμει-
ταχειρότατον. ὅσα γὰρ ἔχει πηγῶν τῶν
φρονούντων μὲν πᾶσι καὶ τῶν μὲν, ἐπιβουλοῦν, καὶ
ἀρετῶν, καὶ ὑβριστότατον ἀφροσύνην γίνεσθαι.

Iuvenes sunt cupidi, & parati ad ea efficienda,
quæ concupuerint, sectatores voluptatum, &
in horas mutabiles, fastidiosi in cupiditatibus,
& celeriter quidem, & valde concupiscunt,
statim verò sedantur, vehementes sunt eor-
um impetus, sed non diuturni: cuiusmodi æ-
grorum sitis, & fames, at senum cupiditates,
partim decrescunt, partim languescunt, quare
lucri sunt auidi, & remissis voluptatibus lucro
seruiunt, viri mediocriter se habent ad vo-
luptates.

Iuvenes sunt iracundi, statim excandescen-
tes, maximè si propter studium honoris

ἐὸν μετὰ-
βολοί,
ἀψίχοροι
πρὸς τὰς
ἐπιδυ-
μίας.
Horat. a-
mata re-
linquere
pernix.
Θυμικοί
καὶ ὀργί-

Imo

Imber hic iuuenis, tandem custode remoto,
Gaudet equis, canibusque, & aprici gramine
campi.

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Vtilium tardus promissor, prodigus aris,

Sublimis, cupidusque, & amata relinquere
pernix:

Conuersis studijs atas, animusque virilis
Quærit opes, & amicitias: inseruit honori:

Commisisse cauet, quod mox mutare labore:

Multa senem circumueniunt incommoda: vel
quod

Quærit, & inuentis miser abstinet, & timet
uti,

Vel quod res omnes timide, gelideque mini-
strat,

Dilatator, spe longus, iners, auisusque futuri:

Difficilis, querulus, laudator temporis acti,
Sæpueo, Censor, Castigatorque minorum.

Et hæc quidem aurea, Aristotelisque, & Ho-
ratiij digna iudicio: sed tamen ingenia ple-
runque in consuetudine, & vitæ ratione, at-
que institutis ita mutantur, vt inueniantur
senes pueri, & pueri senes: Hoc erit prudentis
oratoris animaduertere. Ex ijs, quæ dicta sunt
colliges, vt plurimum iuuenum animos ille-
cebra gloriæ titillandos, temperandum ali-
quando in eorum leuioribus vitijs, expectan-
dum tantisper donec iracundiæ, & cupiditates
deseruecant, nihil cum cupidis agi, defecatis
emotionibus animi, omnia futura remissiora,
contra torrentem non esse luctandum. At si
indomitæ libidines fuerint, & maior in dies
audacia, præcipuè in agrestibus animis, vt non
modo temporis longinquitate non mitescat,
sed obfirmatæ malitiæ incrementis serpat la-
tius: efficiendum, vt qui lenitatem contem-
plerunt, seueritatis aculeos sentiant. Solent en-
nim simillima ingenia, vt muscæ aceto, sic se-
ueritate excitari, aut ad exemplum aliorum
frangi, si modo curuari non possunt. Apud
senes maximè spectanda erit vtilitas, pecuniæ,
prædiorum, opulentia, & omnium commo-
dorum ad vitam accessio. Apud viros, vt
ipsi rationem audiunt, oratio erit
ex honestate, & vtilita-
te temperan-
da.



Mores secundum conditionem.

CAPVT IV.

Nobiles omnino sunt honoris cupidi, *Nobilium mores.*
ita enim compositum est hominum
ingenium, vt ea, quæ habent, studio-
sius quærant, & accumulent: At nobilitas est
digaitas quædam, & honor maiorum, quo
fit, vt alium, atque alium, honorem
semper appetant. Idem quoque facile con-
temnunt, sunt enim fastidiosi stomachi. Diui-
tes sunt sæpè contumaces, contumeliosi, deli-
cati, mollitrem, & felicitatis ostentationem ar-
rogantes, apud quos difficile est agere, nisi tor-
rens fortunæ virtute reprimatur. Sed licet apud
Theophrastum videre elegantissimos harum
personarum characteres.

Mores plebis.

Mores plebis describunt summi artifices,
Plato, Salust. Cornelius Tacitus, Seneca, Xe-
nophon.

Platoni dicitur, bellua multorum capitem.

Ἰερὸν πολυκέφαλον.

Xenophonti ἀχόρειον, ἄμην, ἐδάχανον,
& πικρὸν, multitudine, inquit, ingrata, crude-
lis, infida, imperita.

Cornelius ait, vulgi sunt impigræ linguæ,
ignauæ animi.

Liuius, pitiuata cuique stimulatio, vile de-
cus publicum.

Salustius, multitudo vulgi magis more,
quàm iudicio, post alium alius, quasi pruden-
tiorum sequitur.

Item. Natura inuidum vulgus ægris oculis
alienam felicitatem intuetur.

Ingenio est mobili seditiosum, atque dis-
cordiosum, cupidum nouarum rerum, quieti,
& otio aduersum, aut seriat humilium, aut su-
perbè dominatur: Hæc, & alia Lipsius. Apud
huiusmodi homines, nisi prius bonis moribus
excolantur, difficillima est omnino oratio, vbi
nulla ratio: Itaque in istis, & similibus satius
conticescere, quàm sine fructu, & sæpe cum
maximo periculo verba facere. Tentanda sunt
etiam nonnunquam remedia seueriora, vbi
minime profunt lenia. Sed hæctenus de mori-
bus personæ.

Iam in deliberatiuo genere spectandus se-
quitur post efficientem finis, & is, honestas

Gggg 2 cum